Amphiprostylos omnia habet ea, quæ prostylos, præ tereaq; habet in postico ad eundem modum columnas & fastigium.




Peripteros autem erit, quæ habebit in fronte & postico senas columnas in lateribus cum angularibus undenas, ita ut sint hæ columnæ collocatæ, ut intercolumnii latitudinis interuallum sit à parietibus circum ad extremos ordines columnarum, habeatq; ambulationem circa cellam ædis, quemadmodũ est in porticu Metelli, Iouis statoris, Hermodi, & ad Mariana honoris & uirtutis sine postico à Mutio facta.

La parte di dietro




Pseudodipteros autem sic collocatur, ut in fronte & postico sint columnæ octonæ, in lateribus cum angularibus quindenæ. Sunt autem parietes cellæ cõtra qua-